Dicendum est n. quod Theologia viatorum subalternet scientiae Dei et Beatorum sitam quae, non simpliciter, neque sitam perfectam et propriam rationem subalternantis, et idem dicendum de aliis scientiis res: metaphysicae, quae quidem subalternent illi quae potest propria illam, verum haec connexio non attingit propriam rationem subalternantis.

Conclusio Tertia

Propria et perfecta ratio subalternantis consistit in connexione unius scientiae cum alia ratione obiecti, non primo sed secundo modo explicata.

Sensus Conclusionis est, quod tunc proprie et perfecte una scientia subalternet alteri quando obiectum illius continet sub obiecto alterius accidentaliter, non essentialiter, attendo scilicet differentiam accidentalem non essentialem. Probatur Conclusio 1o quia nullus alius modus super subalternans videtur superesse. quod probatur Conclusio 2o. Illa scientia in rigore et proprie est subalternata quae intrinsece nihil ratione scientiae dependet ab altera sed quando obiectum unius scientiae addit differentiam essentialem supra obiectum alterius non dependet intrinsece in ratione scientiae ab illa, quo ratione talis connexionis non erit proprie et subalternata. probatur minor quod n. ma: quando obiectum inferioris scientiae addit differentiam essentialem supra obiectum superioris, inferior absque superiori tantum unde potest suas quaestiones, scilicet gradum illum essentialem quae verum principium et propria causa passionum quae ab illo dimanant, ita ut si non darentur alii gradus per impossibile adhuc haberet ille gradus suas passiones, quod tunc talis scientia non accipiet sua principia a superiori

et non

et non dependeret propter ab illa intrinsece in rae
scientiae, quia tamen dependentia petitur ad propriam et perfectam
subalternationem. quod vero etiam inferioris scientiae ad-
dit differentiam accidentalem, tunc ipsum etiam superio-
ris scientiae, pertinet ad propriam causam suae propriae propter quod
passionum, quae in scientia inferiori demonstrantur sic de
tali materia suae differentia extranea, nam ab hac differentia
extrinseca in tantum passiones oriuntur in quantum ei coniun-
gitur etiam scientiae superioris. quod si auferretur non dimana-
rent tales passiones. quod scientia tali modo inferior,
non tamen aliquo superiori unde probet suas conclusiones. et per
consequens dependet ab illa intrinsece in rae scientiae.
et quod erit propriae subalternata.

5. Conditiones subalternationis.

Solent autem pro perfecta subalternatione communiter quinque as-
signari conditiones. Prima est, quod etiam subalternata
contrahat etiam subalternantis, et se habeat ex addi-
tione ad illud, et defectu huius conditionis, medicina
non subalternatur geometriae. 2a conditio est. Quod
subalternata addat differentiam accidentalem, et defectu
huius scientiae inferiores non sunt propriae subalternatae
metaphysicae quia addunt differentiam essentialem. 3a conditio
quod differentia addita non sit propria passio, nam licet
haec sit quodammodo differentia accidentalis non tamen
est ratio extrinseca, et ideo non pertinet ad distinctam
scientiam quae tamen nemo est ad propriam subalternationem.
4a conditio. quod talis differentia accidentalis non sit quaecumque,
sed talis ex qua simul cum etiam superioris oriri
possint speciales passiones. unde de linea calida non
dat

dat scia. 5a Cautio Quod principia subalternata ptur 5.
à principio subalternante à priori, et per consequens
principia subalternata debent esse cōctis demonstra-
ta subalternantis et iste est optimus modus dicen-
di in hac materia. Alium secundum modum adducit
Caietanus 3a pa: q. 1. a. 2. q modus loquendi consistit
in hoc, scilicet hanc esse differentiam existentem inter scientiam
subalternantem et subalternatam, quod scientia subal-
ternans accipiat evidentiam immediate à principiis.
subalternata vero mediate, hoc est media scientia
subalternante, et supponit Caietanus quod ista scientia
accipiat evidentiam à principiis et non à se ut patet,
quidcumque ergo talis fuerit dependentia, ita quoniam
habitus scientiae dependeat ab alio in sua evidentia
tunc est vera subalternatio inter tales habitus.
unde sitim Caietanum hic ad rationem scientiae suballer-
natae ut sic non pertinet quod addat differentiam accidentalem
talem supra etiam alterius, sed tunc pertinet ad rationem
talis scientiae. neque et spectat ad subalternationem ut
sic, quod scientia subalternata dicat quia, et subalternans
propter quid, hoc n. tunc spectat ad subalternationem propriam
ex quo modo loquendi colligitur, quod nostra Theologia
sit vera subalternata scientiae Dei et creatorum quia
eius evidentia pendet ab ista.

Conclusio Quarta

Bene potest haberi scientia subalternata licet habens

illam

F:A:
F:H.

illam non habeat subalternantem, dummodo
tamen illi continuet et scientia tali modo habita sit vera
et subsistens scientia licet non habeat statum et perfec-
tionem scientiae.
Haec Conclusio est D. Thomae. 1a pa: q. 1. a. 2. Ubi docet
nostram theologiam esse veram scientiam quia tamen habet sine
scientia Dei et creaturam cui subalternatur, ergo ipsum doc-
torem 5m scientia subalternata tenere potest tamen sine
scientia subalternante quia sit vera et subsistens scientia.
Et pro Conclusione ratio. Ut habeat scientiam musicae sufficit
credere principia arithmeticae sed quia credit illa prin-
cipia, non habet scientiam arithmeticam ut patet, quia alias
non crederet sed demonstraret, ergo unum solum scilicet
sine scientia subalternante et sine coniunctione
actuali ad illam potest tamen scientia subalternata.
Circa hunc rationem tamen, quia non sufficiat quocumque
modo credere principia scientiae subalternantis, sed
debemus credere sine haesitatione, alias non acquireret
scientia sed opinio, tunc a. credimus sine haesitatione, quia
habemus aliquam evidentiam in adtestante, cui sicut
sine haesitatione credimus Romam vel Indiam esse, qui
tot asserentibus et adtestantibus habemus quandam
evidentiam. Et quia ulterius intelligo Conclusionem. Nota 2o
ad rationem scientiae subsistens considerata non petit
evidentiam actualem sed sat esse evidentiam
radicalem quam habet scientia subalternata sine actuali
coniunctione ad subalternantem et consequenter habet

rationem

rationem veræ scientiæ licet non sit statum et perfectionem
scientiæ quia ad perfectionem et statum scientiæ petitur evi-
dentia actualis, ex quo sequitur quod musica in illo
quod simul habet arithmeticam habeat perfectionem statum,
quam in illo quod habet tantum musicam, et solum credit propriam
arithmeticam.
Contra hæc obiicies 1o. Proprium est scientiæ subalter-
nantis probare propriam aliarum scientiarum, sed hoc facit me-
taphysica resp: aliarum scientiarum, ergo est scientia subalternans
proprie. ma: est certa, ideo n. scientia Dei et creatorum est
subalternans resp. nostræ Theologiæ, quia probat propriam
illius. min: patet ex Ate, quod metaphysicam ob hanc
causam vocat Reginam scientiarum ergo min. vera.
Confirmatur argumentum dicens scientia est vel subalternans,
vel subalternata, sed metaphysica est scientia erit ergo
vel subalternans vel subalternata, sed non est
subalternata, ergo subalternans.
R. 1o esse quidem proprium scientiæ subalternantis
probare propriam alterius scientiæ, sed non tantum quia ultra
hoc ad veram et perfectam subalternationem petuntur
cæteræ conditiones supra relatæ, licet ergo metaphysica
probet propriam aliarum scientiarum solum sequitur quod sit sub-
alternans, non simpliciter, sed secundum quid et imperfecta,
ut in 2a conte dictum est.
R. 2o Concedo iterum proprium esse subalternantis scientiæ
probare propriam subalternatæ, negatis a. quod metaphysica
hic faciat modo proprio et debito scientiæ subalternanti
nam scientiam propriam subalternatæ sunt gentes subalternis

hinc

hinc fit q subalternans directe et per se et per propriam
causam probat propria subalternata. alia vero scientiae
sunt intra proprios limites quaedam propria vere
immediata et per se nota et ideo metaphysica non probat
illa per se et directe sed solum per accidens et indirecte
quia negantes illa, argumentans ad hominem vel
per causam remotam. Ex quo patet ad argum. q
tum probat metaphysicam esse imperfecte et solum quod
scientiam subalternantem; ad confirmationem dices
negando ans. quia quod dividitur scientia in subalternata
et subalternatem divisum non est scientia in tota sui
latitudine, sed scientia subalternatim posita
quia si contineat aliam est subalternans si vero non contineat
neque est subalternata nec valet si dicas omnis scientia vel totum omnium simplex
vel compositum, si simplex est subalternans, si complexum erit sub-
alternata, ergo omnis scientia erit aut subalternata vel
subalternans. R. n. falsum esse quod ratio omnium simplicis
vel complexi precise constituat scientiam subalter-
nantem vel subalternatam sed omnium simplex subal-
ternum se habens.

Obicies 2o Scientia subalternata non est scientia, ergo
si ticia est ista subnatio scientiarum, quod signum patet. pro
ans, omnium aliorum scientiae debet esse ens per se, sed omnium
scientiae subalternatae non est ens per se, ergo de illo non erit
scientia. ma. patebit. pro min. omnium scientiae subalternatae
constat ex duplici ente in actu nempe ex scientia omnium
~~actu~~ superioris et ex differentia ~~superiori~~ accidentali superaddita,
ut patet in numero senero et linea visuali ergo

non

non est ens per se sed per accidens. Confirmatur argumentum
scientia subalternans et subnata debent distingui specie
et essentia, sed hoc non potest fieri si subnata addat
tantum differentiam accidentalem supra obiectum scientiae superi-
oris, ergo subnatio non consistit in additione differentiae acci-
dentalis. probatur minor. obiectum subnantis tantum differt
accidentaliter ab obiecto subnatae, ergo et ipsae scientiae
tantum accidentaliter distinguentur inter se, et non
specie aut essentia.

Respondeo negando antecedens. ad probationem negatis minoribus: ad probationem
eius dicendum cum distinctione quod obiectum includens
differentiam accidentalem nempe obiectum subnatae
potest dupliciter considerari. primo ut includit utrumque
per modum aggregationis et hoc modo constat quod sit
ens per accidens quia ut sic non habet determinatas
passiones. secundo modo potest sumi quod ut includit unum
cum ordine ad alium, et hac ratione est unum per se, non
entitate sed ordine. v.g. numerus sonorus quae est obiectum
musicae scientiae subnatae potest dupliciter sumi primo ut
est quid aggregatum ex numero et sono, considerando
haec duo sibi se, et sic certum est quod sit ens per acci-
dens, secundo modo potest sumi quod ut includit unum cum
ordine ad alium et sic hoc totum, numerus sonorus sc.
includit numerum quod ut est principium harmoniae et
concentus; sonum vero ut dicit correspondentiam quandam
certam ex numero et proportione et sic se habet unum
ut determinans alterum ut determinatum et sic
sit unum per se, considerandum quod a scientia per se unum huiusmodi

principium

proprium alterius. quando a. haec duo faciant unum per se explicari potest hoc exemplo. Linea et superficies sunt quidem duo entia in actu nihilominus tamen linea facit unum per se cum superficie non quatenus consideratur linea secundum propriam dimensionem, sed quatenus est proprium latitudinis; facit unum per se cum superficie, quia nihil est aliud quam latitudo terminata lineis ita et quamvis numerus secundum se simpliciter non faciat unum per se cum sono, bene tamen ut proprium soni, et sonus est contra per ut terminatur numero facit et unum per se cum illo, ex quo patet ad argumentum. ad cons. negatio min: ad probationem distinguo ans; differt tamen accidentaliter in genere rei concedo ans. in genere scibilis nego ans; et ideo scientia subalternata differt essentialiter et specie a subalternante, ex quo et solves demonstrationes subalternatae non dependere ad aliud genus entis neque procedere ex principiis gentilibus, quia etiam subalternatae claudit utrumque per se.

Obiicies 3o. Evidentia est de essentia scientiae sed scientia subalternata non habet evidentiam sine subalternante ergo non erit vera scientia sine illa. ma: patet ex diffinitione scientiae, quia sc: scientia sit evidens habitus 8: ptr min: scientia subalternata tamen fundatur in fide humana sed haec non facit evidentiam. ergo.

R. 3o distinguo duplicem evidentiam. aliam radicalem aliam actualem si ergo argumentum velit evidentiam actualem esse de essentia scientiae secundum omnem

statum

statum falsum est, quia bene stat scientia cum evidentia radicali. unde scientia definitio et distinguenda si n. accipiatur scientia mutatur in quocumque statu tunc si evidens sumitur radicaliter, si vero accipiatur scientia secundum perfectionem et statum scientiae tunc sumitur evidens actualiter sed hoc nil contra nos, quia scientia subnata cum non habeat statum et perfectionem scientiae non habet evidentiam actualem sed radicalem et sine actuali punctione ad subnatam, quia radicalis evidentia consistit in hoc, quod petat per se ~~alternari~~ continuari cum subalternante.

R. 2o negando quod evidentia de essentia sit scientiae, quia evidentia tantum petit ~~per~~ certitudinem, quando ergo aliqua scientia potest tunc commodam certitudinem non petit per se evidentiam ut patet in nostra Theologia scientia ergo subnata cum habeat certitudinem formam fundatam in evidentia ad testamentis non petit evidentiam aliam, et scientia tantum dicit quod sit assensus certus, neque tales meminit evidentiae in definitione scientiae.

dices. quando scientia ergo distinguitur a fide, si de essentia illius non est evidentia. R. in hoc distinguitur scientiam a fide quod scientia ut sic non repugnat evidentiae et claritas, neque est intrinsice ex sua essentia obscura fide est talis assensus cuius ratio repugnat claritas et evidentia etiam quod adveniente evidentia ratio destruatur fides.

Hic et solves aliter quaestionis quaestionem. quo est an scientia sit de contingentibus. R. cum distinctione si contingentia sumantur in ea, bene potest esse scientia

de

de illis qa contingentia in cōi vel casualitas ē
una et per se considerabilis. ergo et demonstrabilis
sic a. contingentia humana in parte non pt de
illis esse scia. ptr qa ut sic non sunt certa nec
sunt necessariam connexionē, ergo de illis non pt dari
scia. Quaeres 2d. an de singularibus dari scia.
Rx. De singularibus ut singularia sunt et non
ut participant naturam specificam non pt dari
scia, qa singularia ut sic sunt corruptibilia
et contingentia sed scia ē de necessariis et perpetuis
ergo, et nota q hic loquamur de singularibus
contingentibus sin. dari aliq. singulare immate
de tali bene pt esse scia, ut patet in scia Dei
et Beatorum cuius etiam ē ipse Deus singularissimus.
Quaeres 3d. ante ente per accidens pt dari scia
Rx. negtur qa ens per accidens qualemcumque tale non
habet essentiam determinatam et ipsius nec passio-
nes determinatas quas de ipsa mente pt domo-
stari. ergo ens per accidens non ē scibile.

Dubium Septimum.

An Opinio possit esse simul cum scientia respectu eiusdem obiecti in eodem intellectu?

Pro

Pro Resolutione huius notanda est definitio opinionis quae sic est.
Opinio est assensus determinatus alicuius propositionis non necessariae per medium probabile aut sine illo. Definitio Opinionis.
In assensu quaevis opinio cum aliis notitiis intellectualibus, per hoc determinatus differt opinio a dubio et suspicione, quia dubitans in neutram partem declinat sed manet anceps; suspicans vero magis declinat in unam quam aliam partem tamen non assentitur illi determinate, quia tamen inclinatur in illam ex vigilis quibusdam indiciis aut signis. At vero quod habet opinionem assentitur ex fortioribus indiciis, et ideo uni parti determinatae adhaeret sed cum formidine alterius. Per hoc propositionis necessariae, intelligitur quod opinio debeat esse de aliquo obiecto quod non necessario sic se habet sed quod aliter se habere potest; et quaesquiter opinioni potest fatetur se falsum. Per hoc medium probabile aut sine illo, differt opinio in primis a scientia et intellectu sive habitu primorum principiorum, quia habitus primorum principiorum non est per medium aliquod, et scientia licet sit per medium, non est tamen per medium probabile, sed necessarium: differt etiam a fide quae non habetur per medium sed per solum testimonium fidedignum. Et per hanc definitionem explicatur opinio actualis, opinio autem habitualis, nihil est aliud quam habitus quidam inclinans ad talem actum. Alii definiunt opinionem hoc modo. Opinio est actus intellectus qui fertur in unam partem contradictionis cum formidine Explicatur definitio.

dine alterius habitualis a opinio est habitus inclinans ad talem actum. Ad 2m 2o quod si loquamur de eadem re in complexa sive secundum diversa pdta de eodem, potest haberi de illo scientia et opinio, ut de homine scimus quod sit risibilis, et opinamur quod et diligat filios. Verum est tamen de eodem obiecto materialiter sumpto non frutter; quare tamen est difficultas, an possit dari scientia et opinio de eodem obiecto frutiter sumpto, hoc est, secundum idem pdtum, sive de eadem proprie. de qua adhuc certum est, quod possit esse scientia et opinio in diversis habitibus, immo et in eodem homine pro tempore diversis, saepe n. fit quod eadem propositio ab uno cognoscat scientifice et ab alio opinative, aut quod circa eandem propositionem modo habeat aliquis opinionem quia nondum cognovit medium necessarium, postea vero habeat scientiam invento medio necessario; remanet ergo dubium an de eadem proprie idem homo in eodem tempore possit habere scientiam et opinionem. pro quo sciendum est ultra, quod quaestio propositio est ex se et ab intrinseco contingens quia nimirum est praedicatio omnino accidentalis, tunc quidem bene potest haberi de illa, opinio, sed non scientia, quia talis propositio cum non sit necessaria non potest demonstrari, quia demonstratio procedit ex necessariis. Ad ergo esse propositio necessaria et de hac praeritur in praesenti, utrum simul possit esse scientia et opinio. Et cum opinio et scientia possint dupliciter sumi scilicet pro actu et pro habitu nos secundum utramque rationem differentem decidemus. quare sit,

Conclu

Conclusio Prima.

In uno et eodem resp: eiusdem ppris vel con-
ctis simul et in eodem tpre impossibile est dari
opinionem et scientiam sibi actum.
Haec Conclusio est communis in scholis D. Thomae, et ptr rat. jo.
Actus scientiae est actus clarus et certus, ergo non pt esse simul
cum actu opinionis de eadem conctione, ans est cer-
tum, quia scientia actualis nihil est aliud, quam assensus
certus et evidens per demonstrationem acquisitus. quisquam
vero ptr. actus opinionis est actus obscurus et incertus
cum formidine alterius partis sed actus obscurus
et clarus certus et incertus non pnt esse simul in eo-
dem sto resp: eiusdem, ergo nec opinio et scientia
sibi actum pnt esse simul in eodem de eadem
ppie. ma: patet ex ipsa definitione et nra opinionis.
ptr min: illi duo actus opponuntur et repugnant
sibi ergo non pnt esse simul quisquam patet, ptr
ans, esse certum et non esse certum, esse clarum et non
clarum vel obscurum sibi omnes phtes opponuntur
privative, ergo ans verum. Huic rai respondent vel
contrarij verum esse quae ea repugnant sibi
si assensus fiat per idem medium, si tamen assensus
habeat per diversa media non est inconveniens quod
nctus simul sit certus et incertus de eadem ppie,
sive quod simul indicet eam posse aliter se hre
ut procedit ex medio probabili et non posse aliter
se hre ut procedit ex medio nero, verum haec respo-
sio non tollit vim nrae rais, quia affirmatio et

negatio

negatio quae includunt in duobus assensibus opinionis et scientiae quibus mediis indicat praedictum quantum gaudet convenire subiecto, et non quantum gaudet convenire eidem, non formantur in media sed in ipsum subiectum de quo affirmatur et negatur tale praedictum, ergo non obstante diversitate mediorum datur negatio et affirmatio de eodem quod tamen est impossibile. Antecedens patet, quia alias nullus potest dari actus oppositus actui scientifico cum ille sit vero acquirendus per diversum medium, ergo diversitas mediorum non tollit quin de eodem datur affirmatio et negatio. Probatur Conclusio 2a. Qui habet actum opinativum indicat alteram partem vel oppositum posse esse verum, qui vero habet actum scientiae indicat alteram partem vel oppositum esse impossibile et non posse esse verum. Et illud cui assensibus non posse esse falsum, sed haec indicia de eodem proprie sunt opposita et repugnantia cum se mutuo destruant ut patet, ergo implicabilis quod aliquis praestet assensum scientificum et opinativum simul eidem quoti.

Conclusio Secunda.

Opinio et scientia et similiter habitum non possunt simul in eodem reperiri respectu eiusdem conclusionis.

Probatur Conclusio 2a. Eadem repugnantia quae reperitur in actibus est et in habitibus ergo si actus scientiae et opinionis nequeunt dari sicut et neque habitus scientiae et opinionis possunt simul dari, antecedens patet, habitus scientiae est habitus clarus et certus, certe et clare tendens et inclinans intellectum ad assensum scientificum

tificum habitus vero opinionis obscure tendit ad as-
sensum opinativum, ergo eadem repugnantia reperitur in
habitibus ac in actibus, ergo si actus ratione huius repugnantiae
non possunt simul dari neque et habitus poterunt, quia
inter illos est oppositio quaedam privativa qualis est inter
lucem et tenebras, unde sicut adveniente luce
more tenebrae evanescunt neque cum luce existe-
re possunt ita et nequeunt simul persistere habitus
scientiae et opinionis. Praeterea tamen 2o. habitus proxime spe-
cificatur per actus, sicut actus per obiectum, ergo sicut ex obiecto sumitur
intrinseca oppositio actus, ita et ex actibus sumitur oppositio
habituum, ergo si actus sunt ex natura sua incompossibiles
secundum quod versantur circa idem obiectum, et habitus erunt
incompossibiles ex natura sua, praeterea denique tota
nostra sententia. Inclinatur esse conflictum et non esse conflictum
circa eandem veritatem omnino repugnat, sed
per scientiam quincitur intellectus, per opinionem vero non
quincitur, ergo non possunt simul esse scientia et opinio,
maxime apta eum imperfecte manifestum contradic-
tionem ergo non possunt illa via simul esse. Et notandum
hic idem dicendum de scientia respectu fidei quod dictum
est de scientia respectu opinionis.

Obiicies ergo ad cognoscendam eandem verita-
tem potest aliquis uti medio probabili et medio demon-
strativo. Sicut vero, in quo plane nulla appa-
ret implicatio, sed medium demonstrativum generat
scientiam et medium probabile opinionem ergo poterit
tunc aliquis scientiam et opinionem simul et semel
de eadem veritate.

S.

R. Nullo modo intellectus ex se posse tunc in cognitione
quo ita quod prius habeat medium necessarium quo
producit scientiam, quod si tunc accedat medium probabile
eandem veritatem probabiliter manifestans
tunc nihil eius consulit nec habitualem nec
actualem opinionem propter incapacitatem sui
quod non potest tunc simul actum scientiae et opinionis
propter contrarias dispositiones nempe praemissas necessarias
quas supponimus intellectum tunc tunc. 2o potest se
tunc intellectus ad eandem veritatem ita quod prius habeat
actum opinionis causatum per praemissas probabiles
et si tunc accedat demonstratio et ut talis cognos-
cat talis producet scientiam et tunc statim evanes-
cet actus opinionis sicut statim evanescunt
tenebrae praesente luce. 3o potest se tunc intellectus ad eandem
veritatem quod simul utatur medio probabili probabiliter
cognito et medio demonstrativo et cognito ut tali
et iste 3tus modus manifestus implicat quia implicat
quod intellectus indicet simul et simul tale quidem pos-
se utiliter se tunc et non posse utiliter se tunc, sed
hoc contingeret tunc si uteretur praemissis simul necessariis
et probabilibus quo id neque praestare intellectus.
R. quo ad argumentum casu positum bene esse possem
negare tamen quod acquisita scientia quando propositio cognoscitur per
medium probabile quod tunc generetur habitus opinionis
quia stricte plane incapax sed in illo casu habitus
magis scientiae firmatur non quia vero intendatur

sed

sed quia et aliquo modo extendit ad indicandum per
media probabilia de illo cuius iam habet scientiam. Dices
contra hoc, quod quis habet prius opinionem de aliqua
propositione si postea probat eandem demonstratione sive
per medium necessarium, tunc generaliter habitus scientiae quo
et quod quis prius habuit habitum scientiam de aliqua
propositione si postea probat eam per medium probabile, gene-
raliter habitus opinionis. quisquam recte infert quia
nulla apparet disparitas. R. quod ans et negando
quisquam disparitas est quia n. opinio est actus formi-
dulosus et non firmus aut certus, tunc non
est mirum quod adveniente demonstratione generaliter
scientia per quam expellatur opinio at vero quia scientia
est actus certus et firmus quo intellectus indicat firmi-
ter et certissime oppositum esse impossibile tunc
quamvis saepe sapiens multiplicentur syllogismi
tamen non generaliter opinionem quia intellectus
fortissime adhaeret scientiae, et scientia intellectum omnino quin-
cit. Sed quaeres quod quis habet scientiam alicuius propositionis
v.g. homo aliquis est risibilis si postea probat eandem
per medium probabile v.g. hoc modo. omnis grammaticus
est risibilis, aliquis homo est grammaticus, ergo aliquis homo
est risibilis, tunc petitur an talis assentiatur tunc quoti-
quam sic probat per medium probabile et videtur certum
quod assentiatur illi, iam vero supposito quod assentiatur
petitur qualis sit ille assensus scientificus an
vero opinionis. non scientificus ut patet
cum procedat per medium probabile. ergo erit assensus

opinionis

opinatiuus ergo ad minus poterunt saltem peri habitus scientiae,
cum actu opinionis et in casu manifeste ap-
paret. R. Casu istum non esse impossibilem, et ne-
gamus quod ille assensus sit vera opinio quia mentis in
casu posito non indicat potius quam ter quamvis iste
cum habeat scientiae habitum ad contrarium intellectum
tem sed a cognitione quidem perfectior puro actu
opinionis praeditus ut habitu scientiae quatenus
ipse extenditur aliquo modo ad iudicandum de ea-
dem propter ea quae habet scientiam per media vel signa
probabilia, quia tamen iste assensus vel ista cognitio proce-
dit per medium probabile non pertingit ad assensum sci-
entificum, et ex hoc solvitur et locus D. Thomae quod a contra-
rio solet adduci p. 3. q. 9. a. 3. ad 3.um. Ubi ait
opinio ex syllogismo topico causatur a vera ad
scientiam quae acquirit per demonstrationem quia tamen acquisita
potest remanere cognitio quae est per syllogismum dialecticum
hujusmodi quod consequens ipsam scientiam demonstrati-
vam, quia ille qui cognoscit causam ex hoc et magis
potest cognoscere signa probabilia, ex quibus procedit
syllogismus dialecticus. Per quod verbo non vult D. Thomas
quod acquisita scientia potest remanere vera opinio sed
quod potest remanere cognitio quae est per syllogismum dialecticum
quasi consequens scientiam demonstrativam et tamen insi-
nuat quod illa cognitio quae antea erat vera opinio
maneat post acquisitam scientiam non in ratione ~~vera~~
veri opinionis sed in ratione veri perfectio-
nis cognitionis quae ab ipsa procedit realiter, unde
notat Caietanus D. Th. non dixisse ~~[illegible]~~
acquisito scientiae opinionem manere sed cognitionem.

Obiicies

Obiicies 2o Quod quia habitus intensus
opinionis circa aliquid etiam si potest acquirat fidem
de eodem tunc ut dictum est fidem expellet opi-
nionem sed non expellet opinionem statim, sed
paulatim quia supponitur quod sit habitus valde
intensus quo ad rationem dativa habitus fidei et opi-
nionis simul in eodem iactu saltem quo ad
gradus remissos. ma[illegible] quod [illegible] ex ha-
bitibus voluntatibus quod sunt intensi non
statim sed paulatim expellunt, v. g. quod
habitus in tempore antiquo valde intensus non
statim expellet alterum quod de novo acqui-
rit habitum tempore antiquo quo idem erit in ha-
bitu fidei et opinionis.

R. quod [illegible] ad [illegible]
Dies [illegible] disputatum quia [illegible]
[illegible] potest appetitiva in uno actu
eo quod [illegible] actu non [illegible]
voluntati [illegible] et idem
habitus isti voluntatis [illegible] quod [illegible]
actu non expellunt [illegible] sed [illegible] et
paulatim, et [illegible] quia [illegible]
[illegible] vel [illegible]
[illegible] opinio
et [illegible] habitus fidei [illegible] quos

fidei

[illegible] et opinio [illegible] [illegible] [illegible] simul [illegible] in gradibus remissis.

Nicies 3o. In eodem aere [illegible] lumen solis et candelae, quia in eodem [illegible] potest esse opinio et [illegible], quia [illegible] [illegible] se [illegible] ut lumen magis et minus [illegible].

R. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia opinio et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non vero lux candelae et lux solis, [illegible] [illegible] esse in eodem aere.

Nicies 4to [illegible] [illegible] esse simul [illegible] [illegible] et opinio, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

R. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. R. [illegible] in [illegible] [illegible] esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Videatur Pennes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Dubium Vltimum

Vtrum intellectus sine aliquo habitu supaddito

possit

possit cognoscere ꝑa principia et qualis sit iste habitꝰ an acquisitus an uero naturaliter congenitus?

Pro rōsūe sciendū ꝑa prīpa dici illa q̄ terminos explicatis cognoscunt et in ꝑlꝰ alia prīpa sunt et sunt a duplicia alia speculatiua alia practica. Speculatiua dr̄ q̄ cum sint clara mouent intellectum tm̄ ad ꝯtemplandū uel speculandū, ut ēē totū ē maiꝰ sua parte, ꝯtinet ē ut nē ē. Practica uero sunt q̄ non tm̄ mouent ad sui ogniem sed et ad bene moraliter ꝯpandū, ut ēē tantū sequendū ēē malū fugiendū hec ꝯnotata sit

Conclusio Prima

Intellꝰ nudꝰ sine habitu superaddito neqt cognoscere prima prīpa.

Ptr Conto ꝯo Intellꝰ male acceptꝰ ē tm̄ determinatꝰ sicut et cetera potēa ad ꝯpandū simpliciter et non ad bene uel male prompte et faciliter, ꝯo ut facile, prompte, et alꝰ erroris pericula intellꝰ ꝯcipiat ꝑa prīpa non sufficit illi situ ꝑ sed petit alꝰ habitꝰ superadditꝰ. ptr Conto ꝯo. Si intellꝰ non indigeret habitu superaddito ad ꝯcipienda

ꝑa

ꝑ propria nostra esset quasi ut evidentia et movent
natura statim explicatis terminis sed hoc ratio
non gignit quia petitur aliquis habitus superadditus
ptr nisi: nam habito assensu quamvis et
cognita veritate illatis evidens est veritas gentis
sed his non obstantibus eos ptrahit ad mittendum
habitum quendam inclinantem ad assensum gentis
ergo quantumvis evidentia sit ꝑ propria
non ptr nisi aliquis habitus superadditus illa percipere,
Contra hanc lectionem est obiectio ista, nisi non
est naturaliter determinatus ad praestandum assensum
primis principiis quia nisi non negat dissentire illis
ergo ad percipienda ꝑ propria non est necessarius aliquis
habitus, ptr quam istam, quia tamen ad actus liberos
ponunt habitus et non ad actus naturales vel necessarios
ut patet in visu in quo non ponitur habitus ad
percipiendos colores neque in voluntate ponitur
habitus in ordine ad ultimum finem vel bonum in
eo, quia actus voluntatis, est ordo naturalis circa bonum
in eo. Confirmatur argumentum habitus tamen
dat in ordine ad aliquid difficile sed ꝑ propria sunt
facillima ergo ad illa cognoscenda non est poni
habitus. R. Quod autem non sit naturaliter
determinatus ad assensum primorum principiorum
sed est quodammodo indifferens tam ad principia
quam gentes, neque est determinatus ad praestandum
assensum primis principiis facile et delectabiliter
quia si aliqua facilitas reperiatur in nobis
illa

illa provenit ex habitu superadditio, nam si non
haberemus illum habitum eandem sentiremus
difficultatem in cognoscendis principiis quam sentimus
quotidie in cognoscendis aliis rebus. Veldicus
ergo mihi idem esse nattur quidem determinatio
circa ea principia quae ad speculationem hoc est si circa
illa fiat iudicium illud erit dissensus non dissensus
tamen non ~~vero~~ est nattur determinatus quod
ad ~~[illegible]~~ sic n. ~~[illegible]~~ libertatem circa
illum dependenter a voluntate, unde et potest
assensus suspendere, dat ergo habitus in intellectu
ut mediante illo prompte et delectabiliter
in exercitio obiectus ullo periculo erroris pars principia
praestat assensum, in potentia visuali vero non ponit
aliquis habitus quia illae potentiae sunt quo ad exercitium
nattiter determinatae circa illa obiecta, ut patet
in visu respectu coloris, quare a. in voluntate
non dat habitus in ordine ad bonum in communi
est adhuc alia ratio, quia voluntas ex sua natura
est pura inclinatio in obiectum, quod attrahit ad se
voluntatem, et nihil est quod voluntas ferat in
illud sine ulla difficultate, at vero intellectus non
tollit hoc, sed ipse debet ad se potius attrahere
obiectum mediantibus speciebus in intelligibilibus quod
ut facile fiat quod dat in illo habitus prin-
cipium principium, et ita non est habitus deter-
minatio in intellectu quia in voluntate,

ad

ad Cons: dicis quia principia esse quidem facilia
sed supposito habitu, difficilia vero ablato
habitu, quod vero illa nobis facilia appareant
oritur ex habitu nativo congenito a principio creato,
etc.

Conclusio Secunda.

Habitus ille distinguitur realiter ab
intellectu &c.

Haec Conclusio insertur ex quia. Etenim ultra quosdam
dicentes habitum primorum principiorum esse ipsum
intellectum ex quo postea inferunt nudum intellectum
posse cognoscere quia principia sed propter tantum.
Si habitus ille est ipse intellectus et non distinctus
ab illo sequeretur quod esset indifferens et ha-
beret se ad opposita scilicet ad verum vel fal-
sum, sed hoc est falsum quia habitus primorum
principiorum non est ipse intellectus sed quid distinctum
ab illo. Pro sequela, potentia ~~vel~~ rationis tenet se
ad opposita ut patet in voluntate quae habet se
bonum et malum et in intellectu quae habet se ad verum
et falsum, quia si habitus primorum principiorum est
ipse intellectus quod est potentia rationis habebit se ad
opposita scilicet ad verum vel falsum. Minor: a. propter
habitus primorum principiorum non est esse principium cog-
noscendi falsum, quia non habet se ad opposita
propter ans. tota certitudo et determinatio
et rectus ~~scientiae~~ scientifici assensus

sumitur

Cencto

Conclusio Secunda.

Habitus primorum principiorum non est acquisitus per actus nostros postea sed nobis naturaliter con-
genitus.

Haec tenet et plures modernos, et tamen communis hic.
Et probatur 1o Doctore 5o. de veritate q. 16. a. 1o ubi ait
a natura esse homini insitam aliquam veritatem
cognitionem qua homo prompte et facile potest uti
cum fuerit verum, et haec cognitio quam ipse
habitualem vocat et veluti seminarium omnis
sequentis cognitionis acquisitae tam speculativae
quam practicae. Probatur 2o Cato. nam homo
exigit se promptum absque illo labore et repetitione plurium
assensuum ad cognoscenda ea principia quae primum
ipsi proponunt, ergo habet habitum naturalem et congenitum
facilitatem, probatur consequentia. facilitas operandi est evi-
dens signum habitus superadditi cum potentia ex se tamen
sit detestatum ad operandum ergo cum potentia intellectiva
in quoque genere sit facilis ad assentiendum primis principiis,
illa facilitas naturaliter erit congenita omnis partis. 2o
nullus homo est qui non statim explicatis terminis
assentiat facile huic principio esse totum est maius sua
parte. Probatur 2o. principium cognitionis est quidam semi-
narium omnis cognitionis sequentis, sicut in aliis naturis
consistunt quidam naturalia semina omnium operationum
et effectuum sequentium sed haec semina illis
naturaliter insunt et non acquirunt. ergo et cognitio

principiorum

principium naturae meruit. ptr 3o si habitus primum principium acquireret per actus mentis positis per iudicia vel assensus, sequeretur quod ille habitus augeretur et crosceret facilitas assentiendi et corrumperetur per cessationem sed hoc est falsum ergo et id ex quo sequitur: ptr sequela. habitus ex eadem causa augetur ex qua generatur, et ex eadem diminuitur. mi ptr, sed si Th: ille habitus per multam obliviosionem aut cessationem potest corrumpi cum post longam cessationem ab eo actu assentiendi quilibet homo experiatur eandem facilitatem quam habuit antea, et etiam post multam repetitionem non experitur homo maiorem facilitatem circa illa quam habuerit a principio ergo ex mente D. Thomae non gereatur iste habitus ex actibus mentis positis sed est nobis naturaliter congenitus.

Obiicies ergo contra Ctem D. Th. dicentem quod habitus primum principium producatur in nobis ex sensibus et experientiis, quod et docet in 2o dist. 24. a. 3 ad 6m. Ubi et ait quod habitus iste non sit diversus sed idem cum habitu cognitum, sed habitus cognitum est acquisitus et patet, ergo et habitus principium, idem ptr ex dicto 1o post. aqu. ult: ubi ait neque ita in sunt nobis determinati habitus neque fiunt ab aliis habitibus notioribus sed assensu, ubi docet per proprios actus et immediates produci a nobis istum habitum.

ergo

ergo sentiendum Actum habitus proprium a sensibus.

R. Ad 1um habitum intellectivum duo importare unum de fonte, alterum de materia de fonte importat facultatem indicativam de aliquo obiecto et in hoc sita est eius essentia, de materia vero importat species intelligibiles obiecti repraesentativas a sensibus acceptas, loquendo ergo de habitu quo ad connotatum sive materiam, non est nobis cognoscibilis naturaliter sed acquisitus, quia intellectus humanus nullas accepit species per infusionem in principio suae creationis sed eas illas acquirit ministerio sensuum, in quo differt ab Angelo qui in principio suae creationis accepit species per infusionem rerum naturalium repraesentativas, hoc ergo supposito dices. D. Th. velle habitum illum quo ad materiam et connotatum fieri ex sensibus, et experientiis, non a. quo ad fontem hoc est quo ad facultatem indicativam. ad 2um dices D. Th. tum velle habitum proprium non esse diversum sed eundem cum habitu proprium unitate ordinis et causalitatis quatenus habitus proprium non habet rationem sui nisi per ordinem ad habitum proprium. Ad tertium Actis dices ipsum dixisse habitum proprium fieri a sensu non a. a sensu ut quidam male loquuntur cum Rubio. et sic sentiendum Actum habitus proprium erit acquisitus quo ad materiam quod nos libenter fatemur.

Alii

Alii Thomistae habitum illum quo ad fructum et non esse nobis datum in creatione, sed produci per intellectum agentem, ita quod posita terminorum notitia acquisita mediantibus sensibus ad praesentiam specierum intelligibilium virtute intellectus agentis resultet in intellectu possibili habitus habitus, ut sic dicunt quod sit acquisitus quia supponit operationem sensuum. Dicunt et quod sit naturalis quia fluit per modum naturae, sicut nutrire et augere sunt actiones naturales ante positio alimento decocto, haec sententia probabilis est, differt tamen a nostra in hoc quod nos ponamus habitum quo ad fructum in principio creationis quod a. dicunt produci per intellectum agentem, quod licet verum sit quo ad ipsum usum sive operationem illius habitus tamen fructus loquendo de ipsa virtute indicativa falsum nobis videtur et expresse contra D. Thomam in 3. dist. 23. q. 3. a. 2, ubi dicit quod habitus ille naturaliter insit et datus in creatione; nec satisfacit solutio quorundam autorum quod dicunt D. Th. loqui causaliter, hoc est quia in creatione datur intellectus agens quae est causa illius habitus, certe ex hoc sequitur esse habitus nobis esse datos in creatione quia in creatione recipimus intellectum agentem et possibilem quod causant postea esse habitus.

Obiicies 20. natura tantum dat quae sunt necessaria ad operandum simpliciter et non ad fructus operandum sed habitus primorum principiorum non est necessarius ad simpliciter

pliciter sed ad facilius et promptius operandum ut patet quod non est à natura, sed acquisitus. ma. patet in citus habilitus virtutum, quia nullus debent per propriis actus acquiri eo quod sunt necessarii ad melius operandum. min. pter assensus propositionis non excedit vim intellectus informati speciebus intelligibilibus quod potest illis simpliciter sine habitu constare assensum. quisquam patet pter aut. quia propositiones sunt per se evidentia et clara, quod non excedunt vim intellectus; Confirmatur argumentum, si habitus propositionum esset à natura sequeretur quod intellectus in principio non esset pure potentialis in linea intelligibili, quod est contra Aristotelem qui ait, quod intellectus in principio sit sicut tabula rasa, quod non est habitus datus in creatione

R. negando ma: natura n. non dat ea tantum quae sunt necessaria ad simpliciter operandum, sed et ea quae ad melius si tamen sunt caeterarum cognitionum seminaria et propositiones ipsius intellectus adiutus potest ad reliquas [illegible] pervenire, ad probationem ma: dices habitus virtutum non esse seminaria et ideo etiam non dari à natura ad confirmationem negatis sequelam, nam quod illa vim indicativam non tollit pura potentialitas intellectus in principio, quia ut dictum est, usque et operatio illius habitus pendet ex speciebus intelligibilibus quae obsumuntur à

sensibus

sensibus et istae species acquirendae sunt ut ipsa et
et haec ratio intellectus in principio est pure potentialis
ex quo sequitur quod habitus principiorum sic conveniat
habitus et sequatur illorum intellectum, licet usus illorum
dependeat a speciebus acquisitis, unde istis habitibus
non utuntur pueri quia carent speciebus.

Quaeres tamen hic utrum sit idem habitus inclinans
ad principia speculativa et practica.
R. Quod sint duo distincti habitus specie
ut patet. Quia habent ista distincta specie, nam
istum habitus qui versatur circa principia speculativa
habet pro obiecto finiti speculabile vel sic, vel ens per se
notum sub ratione veri speculativi; habitus vero
qui versatur circa principia practica et dicitur synderesis
habet pro obiecto finiti operabile sive ens per se notum
sub ratione veri practici, sed haec duo differunt
specie ergo et ipsi habitus distinguuntur specie.

An vero differunt specie substantiva vel infima
maior est distinctas. Utrumque quidem est probabile. Probabilius
tamen videtur nobis quod differant specie infima
quia semper habent eundem modum tendendi sub
ratione veri immediati et ita habitus inclinans
ad principia speculativa est distinctus specie infima
ab habitu qui inclinat ad principia practica quia
semper inclinant naturam ad quaestionem assensum

sub

sub rat. facti sc: sub rat. facti veri et im-
mediati. Ex quo colligitur proprium et facte ctm
habitus proprium esse evidentem et immediatam ve-
ritatem medium vero tendendi proprium esse re-
spicere ctm sine ullo medio in quo differt
a scia et opinione q. p. medium procedunt, dif-
fert et a fide q. licet procedat sine medio tn
non fit in veritatem evidentem sed obscu-
ram. quam obscuritatem nobis in aeterna
patria illustrare dignetur ipse Pr. luminum
Deus cuius fulgore atque illustrare hactenus
p. caliginosos logicae saltus ad aptiores
physicae campos evasimus. ipsi proinde
Regi immortali invisibili soli Deo honor et
gloria in aeternum et ultra Amen.

Sit denique summa laus ac splendor gloriae
felicitatis aeternae Summae Beatorum Reginae
ac Genetrici Mariae, Sanctissimo P. N. Bene-
dicto, Angelico Doctori D. Thomae de Aquino,
S. Amando Epo, S.ae Catharinae Virg: et Mart:
Caeterisque Patronis ac Sanctis omnibus quorum
ope has scopulosas superavimus Logicae dif-
ficultates in ipso die festo S. Stephani
Mart: et Papae, 2. die Augusti, anno M.DCXXIX.
dictante R. ac perudito Pre Philippo Weiser
Ord: Praedicatorum Philiae Lectore ptpre Friburgensi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST